

De la Férie

Lundi 16 juin 2025

● 4ème classe

INTROÏT *Psaume 12, 6*

Dómine, in tua misericórdia sperávi :
exsultávit cor meum in salutári tuo :
cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi. **Ps.**
12 Usquequo, Dómine, oblivísceris me in
finem ? úsquequo avértis fáciem tuam a
me ? **Ÿ.** Glória Patri.

Seigneur, j'ai espéré en votre
miséricorde : mon cœur a bondi de
joie en votre salut. Je chanterai pour le
Seigneur, pour tous les bienfaits qu'il m'a
accordés. **Ps. 12** Jusques à quand,
Seigneur, m'oubliez-vous sans cesse ?
Jusques à quand détournerez-vous de moi
votre face ? **Ÿ.** Gloire...

COLLECTE

Deus, in te sperántium fortitúdo, adésto
propítius invocatióibus nostris : et,
quia sine te nihil potest mortális
infirmítas, præsta auxiliúm grátia tuæ ; ut,
in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte
tibi et actióne placeámus. Per Dóminum.

Ô Dieu, force de ceux qui espèrent en
vous, accueillez favorablement nos
invocations ; et puisque la faiblesse de
l'homme mortel ne peut rien sans vous,
accordez-nous l'aide de votre grâce, afin
qu'en accomplissant vos commandements,
nous vous plaisons et par notre volonté et
par nos actes. Par...

ÉPÎTRE *de saint Jean I. 4, 8-21*

Caríssimi : Deus caritas est. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est caritas : non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

Caríssimi, si sic Deus dilexit nos : et nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit umquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus et ipse in nobis : quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet et ipse in Deo. Et nos cognovimus et credidimus caritati, quam habet Deus in nobis. Deus caritas est : et qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo. In hoc perfecta est caritas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii : quia, sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate : sed perfecta caritas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet. Qui autem timet, non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere ? Et hoc mandatum habemus a Deo : ut, qui diligit Deum, diligat et fratrem suum.

Frères bien-aimés, Dieu est amour.

Voici comment s'est manifesté l'amour de Dieu pour nous : Dieu a envoyé son Fils unique dans le monde, afin que nous vivions par lui. Voici en quoi consiste son amour : ce n'est pas nous qui avons aimé Dieu, mais c'est lui qui nous a aimés le premier et qui a envoyé son Fils en victime d'expiation pour nos péchés.

Frères bien-aimés, si Dieu nous a tant aimés, nous devons, nous aussi, nous aimer les uns les autres. Dieu, personne ne l'a jamais vu. Mais si nous nous aimons les uns les autres, Dieu demeure en nous, et son amour en nous est parfait. Et nous connaissons que nous demeurons en lui et lui en nous, à ce qu'il nous donne de son Esprit. Et nous, nous avons vu et nous témoignons que le Père a envoyé son Fils comme Sauveur du monde. Celui qui confesse que Jésus est le Fils de Dieu, Dieu demeure en lui, et lui en Dieu. Et nous, nous avons connu et nous avons cru à l'amour que Dieu a pour nous. Dieu est amour ; celui qui demeure dans l'amour demeure en Dieu, et Dieu demeure en lui. C'est en cela que l'amour de Dieu atteint en nous sa perfection, afin que nous ayons pleine assurance au jour du Jugement : car ce que nous sommes en ce monde est à l'image de ce que Jésus est lui-même. Il n'y a pas de crainte dans l'amour ; mais l'amour parfait bannit la crainte, car la crainte suppose un châtement, et celui qui craint n'a pas atteint l'amour parfait. Quant à nous, aimons Dieu, puisqu'il nous a aimés le premier. Si quelqu'un dit : « J'aime Dieu » tout en ayant de la haine pour son frère, c'est un menteur : celui qui n'aime pas son frère qu'il voit, comment peut-il aimer Dieu qu'il ne voit pas ? Et voici le commandement que nous avons reçu de lui : celui qui aime Dieu, qu'il aime aussi son frère.

E go dixi : Dómine, miserére mei : sana
ánimam meam, quia peccávi tibi. *Ÿ*.
Beátus qui intéllegit super egénium et
páuperem : in die mala liberábit eum
Dóminus.

ALLÉLUIA *Psaume 5, 2*

A llelúia, allelúia. *Ÿ*. Verba mea áuribus
pércepe, Dómine : intéllege clamórem
meum. Allelúia.

J' ai dit : Seigneur, ayez pitié de moi,
guérissez mon âme, car j'ai péché
contre vous. *Ÿ*. Heureux qui pense au
pauvre et au malheureux : au jour de
l'épreuve, le Seigneur le sauvera.

A llelúia, allélúia. *Ÿ*. Prêtez l'oreille à
mes paroles, Seigneur ; comprenez
mon appel ! Allélúia.

+ ÉVANGILE *selon saint Luc 6, 36-42*

In illo témpore : Dixit Iesus discíplis
suis : Estóte misericórdes, sicut et Pater
vester misericors est. Nolíte iudicáre, et
non iudicabímmini : nolíte condemnáre, et
non condemnabímmini. Dimíttite, et
dimittémmini. Date, et dábitur vobis :
mensúram bonam et confértam et
coagitátam et supereffluéntem dabunt in
sinum vestrum. Eadem quippe mensúra,
qua mensi fuéritis, remetiétur vobis.
Dicébat autem illis et similitúdinem :
Numquid potest cæcus cæcum dúcere ?
nonne ambo in fóveam cadunt ? Non est
discípulus super magistrum : perféctus
autem omnis erit, si sit sicut magister eius.
Quid autem vides festúcam in óculo fratris
tui, trabem autem, quæ in óculo tuo est,
non considéras ? Aut quómodo potes
dicere fratri tuo : Frater, sine, eíciam
festúcam de óculo tuo : ipse in oculo tuo
trabem non videns ? Hypócrita, eíice
primum trabem de oculo tuo : et tunc
perspícies, ut edúcas festúcam de óculo
fratris tui.

En ce temps-là, Jésus dit à ses disciples
: « Soyez miséricordieux comme votre
Père est miséricordieux. Ne jugez pas, et
vous ne serez pas jugés ; ne condamnez
pas, et vous ne serez pas condamnés.
Pardonnez, et vous serez pardonnés.
Donnez, et l'on vous donnera : c'est une
bonne mesure, tassée, secouée,
débordante, que l'on versera dans votre
sein. Car c'est avec la mesure dont vous
aurez mesuré, qu'on mesurera pour vous
en retour. »

Il leur disait aussi cette parabole : « Un
aveugle peut-il guider un aveugle ? Ne
vont-ils pas tomber tous les deux dans un
trou ? Le disciple n'est pas au-dessus du
maître ; mais tout disciple sera parfait, s'il
est comme son maître. Pourquoi vois-tu la
paille qui est dans l'œil de ton frère, et ne
remarques-tu pas la poutre qui est dans le
tien ? Comment peux-tu dire à ton frère :
"Frère, laisse-moi enlever la paille de ton
œil", toi qui ne vois pas la poutre qui est
dans le tien ? Hypocrite, enlève d'abord la
poutre de ton œil, et alors tu verras clair
pour enlever la paille qui est dans l'œil de
ton frère. »

OFFERTOIRE *Psaume 5, 3-4*

Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et
Deus meus : quóniam ad te orábo,
Dómine.

SECRÈTE

Hóstias nostras, quæsumus, Dómine,
tibi dicátas placátus assúme : et ad
perpétuum nobis tríbue proveníre
subsídium. Per Dóminum.

PRÉFACE DE LA SAINTE TRINITÉ

Vere dignum et iustum est, æquum et
salutáre, nos tibi semper et ubíque
grátias ágere : Dómine, sancte Pater,
omnípotens æterne Deus :

Qui cum Unigénito Fílio tuo et Spírítu
Sancto unus es Deus, unus es Dóminus :
non in uníus singularitáte persónæ, sed in
uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de
tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de
Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto, sine
discretióne sentímus. Ut, in confessióne
veræ sempiternæque Deitátis, et in
persónis proprietas, et in esséntia únitas,
et in maiestáte adorétur æquálitas.

Quam laudant Angeli atque Archángeli,
Chérubim quoque ac Séráphim, qui non
cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes
:

COMMUNION *Psaume 9, 2-3*

Narrábo ómnia mirabília tua : lætábor
et exsultábo in te : psallam nómini
tuo, Altíssime.

POSTCOMMUNION

Soyez attentif à la voix de ma prière, ô
mon Roi et mon Dieu. Car c'est vous
que j'invoque, Seigneur.

Recevez favorablement, nous vous en
prions, Seigneur, ces hosties que nous
vous consacrons ; et faites qu'elles nous
soient d'un perpétuel secours. Par...

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est
notre devoir et notre salut de vous
rendre grâces toujours et partout,
Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-
puissant.

Avec votre Fils unique et le Saint-Esprit,
vous êtes un seul Dieu, un seul Seigneur ;
non dans l'individualité d'une seule
personne, mais dans la Trinité d'une seule
substance. Car ce que nous croyons, sur la
foi de votre révélation, au sujet de votre
gloire, nous le pensons indistinctement et
de votre Fils et de l'Esprit Saint, sans
aucune différence ; en sorte que, dans la
confession de la véritable et éternelle
divinité, sont adorées et la propriété dans
les Personnes, et l'unité dans l'essence, et
l'égalité dans la majesté.

C'est elle que louent les Anges et les
Archanges, les Chérubins et les Séráphins,
qui ne cessent de chanter chaque jour,
disant d'une seule voix...

Je raconterai toutes vos merveilles : je
me réjouirai et j'exulterai en vous, je
chanterai votre nom, ô Très-Haut.

Tantis, Dómine, repléti munéribus :
præsta, quæsumus ; ut et salutária
dona capiámus, et a tua numquam laude
cessémus. Per Dóminum.

Comblés de tels présents, Seigneur,
nous vous en prions : faites que nous
recevions ces dons salutaires et ne
cessions jamais de vous louer.